

Autoritas
Congregationis
pro obser-
vantia hic con-
tentorum.

que in præmissis omnibus &c. sublata &c. irritum &c.
§.12. Mandantes etiam Congregationi, & Deputatis prædictis, & eorum singulis, ut præsentis nostras literas, & in eis contenta quæcumque observent, & exequantur, & faciant ab aliis, quantum in eis erit, condigna poenarum iusticiarum animadversione, aliisque opportunis juris, & facti remediis, firmiter, & inviolabiliter observari. Dantes eis in præmissis, & circa ea plenam, & omnimodam facultatem, & potestatem.

Contrario-
rum derogatio.

§.13. Non obstantibus præmissis, nec non quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac illa etiam, quatenus opus sit, ejusdem Pii Quarti Prædecessoris nostri de registrandis, ita ut præsentis absque alia in eadem Camera admissione, & registratione valide sint, suumque debitum fortiantur effectum; nec non Urbis, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Villarum, & locorum quorumcumque juramento, confirmatione apostolica, & quavis alia firmitate roboratis statutis, consuetudinibus, reformationibus, decretis, privilegiis quoque, indultis, & literis apostolicis, Communitatibus, Universitatibus, Baronibus, aliisque prædictis, & quibusvis a Sede prædicta, vel a Nobis forsan concessis, ac etiam confirmatis, approbatis, & innovatis, quæ eis quoad præmissa nolumus suffragari, & quibus omnibus, & singulis etiam si Sc. illorum tenores, &c. pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice ad effectum præsentium dumtaxat, illis aliis in suo robore permaneris, specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sola Signaturæ
sufficiat.

§.14. Volumus etiam, quod præsentium sola signatura sufficiat, etiam absque alia data, & registratione, regula quacumque contraria pariter non obstante.

Literæ desuper
expediri possint.

§.5. Et nihilominus literæ in quavis forma expediri possint cum clausulis opportunis.

Fides transumptorum.

§.16. Præsentiumque, & literarum desuper forsan expediendarum transumptis etiam impressis, manu unius Camerae nostræ Apostolicæ Notarii subscriptis, & sigillo alicujus ex Congregatione prædicta obsignatis, in iudicio, & extra plena fides adhibeatur. Placet motu proprio C.

PP. subscr.

CLXXX.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Episcopo Sarinaten. conceditur facultas cognoscendi omnes causas tam civiles, quam criminales, & mixtas vertentes inter subditos Castrorum Ceula, Mutellæ, Cersolii, Fenoculi, & Putei in prima, secunda, & tertia instantiis.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Eccliesiarum Prælatos, illisque in temporalibus earundem Eccliesiarum ra-

Concessio de
qua in Rubrica.

tionem subiectos, eos præcipue, qui erga Nos, & Apostolicam Sedem fidelitatis, & devotionis præstant obsequia, libenter favoribus, & gratiis prosequimur, ac illa eis concedimus, quæ eorum commoditatibus in Domino conspicimus opportuna.

§.1. Volentes Nos igitur Venerabilem Fratrem Nicolaum Episcopum Sarinaten., ratione illius Ecclesiæ Dominum in temporalibus Castrorum Ceula, Mutella, Cersolii, Fenoculi, & Putei Sarinaten. Dicecesis status nostri Ecclesiastici, ac nostræ Provinciae Romandiola, nec non Universitates, & homines eorumdem Castrorum ob ipsorum fidei, ac sinceræ devotionis erga Nos, & eandem Sedem, mutuaque nostræ in eos paternæ charitatis affectum, favore prosequi gratioso, ac singulares personas eorum a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, ac ex certa scientia nostra, & de apostolica Nobis attributa potestatis plenitudine, eidem Episcopo Sarinaten. nunc, & pro tempore existenti, omnimodam facultatem lites, & causas omnes prophanas tam civiles, quam criminales, & mixtas quascumque inter homines, habitatores, & districtuales eorumdem Castrorum active, & passive hæctenus motas, & in futurum movendas in prima, secunda, & tertia instantiis per se, suosque Officiales, & Ministros cognoscendi, decidendi, & terminandi, dummodo idem Episcopus, & illius in spiritualibus Vicarius per se ipsos sententiam in causa sanguinis non ferat.

Episcopo,
ejusque sub-
ditis con-
ceditur quoque
exemptio a
dationum so-
lutione.

§.2. Nec non eidem etiam exemptionem, & immunitatem ab omnium, & quorumcumque dationum, & onerum hæctenus quomodolibet impostorum solutione, præstatione, & contributione pro bonis, & fructibus etiam sulphurariæ, & sulphuris Ecclesiæ præfate, ejusque mensæ, & in locis prædictis, ac alterius loci montis Jottoni nuncupati tantum: Homini- bus vero, & habitatoribus prædictis, qui sicut accepimus, paupertate, agrorumque sterilitate laborant, immunitatem a dationum, & onerum quorumcumque per Sedem, & Camera apostolicam hæctenus Civitatibus, Castris, & aliis locis impostorum solutione, præstatione, & contributione, prout hæctenus a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris permissum fuit, apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo concedimus, & indulgemus.

Clausula.

§.3. Decernentes, eandem præsentis literas de subreptionis, aut obreptionis, seu nullitatis vitio, ac intentionis nostræ defectu, aut alio quovis prætextu, ratione, vel causa notari, impugnari, rescindi, seu revocari, vel in Jus, aut controversiam adduci, easque sub similibus, vel dissimilibus concessionum, revocationibus, moderationi-

Exequutores
designantur.

Contraria
tolluntur.

Dat. die 7.
Januar. 1612.
An.VII.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Exordium.

bus, limitati onibus, aut quibusvis aliis contrariis dispositionibus factis, seu faciendis minime comprehendis, sed temper validas, firmas, & efficaces esse, & persistere: sicque ab omnibus cense, ac ita, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & extraordinarios, & Commissarios, & etiam Curie causarum Camerae Apostolicæ, & Palatii nostri Auditores, & etiam S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, quidquid secus super his à quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Mandantes propterea dilectis filiis S. R. E. Camerario, nec non Thesaurario, Clericis Præsentibus Camerae nostræ, ac ejusdem Provinciae Romandiola Legato, seu Præfidi nunc, & pro tempore existentibus, ut eisdem præsentis, & in eis contenta quacumque firmiter, & inviolabiliter observent, ac faciant a Thesaurario dictæ Provinciae, juriusque ejusdem Camerae exactoribus, & aliis omnibus, & singulis, ad quos spectat, & in futurum spectabit, etiam firmiter, & inviolabiliter observari: Contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus præmissis, & quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, statutis, decretis, usibus, styliis, & consuetudinibus, Quibus omnibus, & singulis illorum omnium, & singulorum tenores, præsentibus pro expressis habentes, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 7. Januarii, 1612. Pontificatus nostri Anno Septimo.

CLXXXI.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Dismembratio Provinciae de Mozambique ab Ecclesia Goana, ejusque erectio in Vicariam perpetuam.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

IN supereminenti militantis Ecclesiæ specula, meritis licet imparibus, divina dispositione præsentibus, ad universa Orbis loca, potissimum Omnipotentis Dei misericordia per Catholicos Reges, & Principes fidei catholicae prædicationi, & introductioni patefacta aciem nostræ meditationis reflectimus, & ut in locis hujusmodi in dies magis plantetur, & plantata confirmetur christiana religio, eorumque Incolæ, & habitatores propriorum Pastorum assistentia, & regimine suffulti proficiant semper in fide, & operibus christianis, opem,

& operam libenter impendimus efficaces, prout eorumdem Regum exposcit devotio, Nosque locorum, & rerum circumstantiis mature pensatis ad fidei orthodoxæ conservationem, & propagationem, animarumque salutem, & profectum conspiciamus in Domino salubriter expedire.

§.1. Alias siquidem in partibus Indiae Orientalium Metropolitana Ecclesia Goan. apostolica auctoritate erecta, ac illi pro parte Dicecesis, & Cleri, ac Populi Provinciae, sive districtus Insulae de Mozambique vulgo nuncupat. concessus, & assignatus fuit.

Provincia de
Mozambique
Ecclesiæ Goan.
non olim attri-
buita.

§.2. Cum autem, sicut charissimus in Christo filius Noster Philippus Portugallie, & Algarbiorum Rex Catholicus Nobis nuper exponi fecit, pro tempore existens Archiepiscopus Goan. ob dictam Provinciam, sive districtum Insulae de Mozambique, locorumque infra scriptorum distantiam, marique incommodum, ac difficilem, & dispendiosam navigationem cura, regimini, & administrationi sui Gregis in dicta Provincia, sive districtu, Locisque hujusmodi consistentis, prout ejus pastoralis officio incumbit, non sine illius salutis dispendio intendere nequeat, hincque Incolæ, & Habitatores dictæ Provinciae, sive districtus, & Locorum hujusmodi, nec fidei doctrina, nec pie vivendi præceptis ita commode instrui, nec si quid deliquerint, corrigi ab Archiepiscopo suo possint, & propterea si dicta Provincia, seu districtus de Mozambique cum eisdem locis a prædicta Ecclesia Goan. separaretur, & dismembraretur, illaque sic separata, & dismembrata in Vicariam, seu administrationem spiritualem Provinciam, sive districtum Insulae de Mozambique nuncupando, qui inibi omnimodam spiritualem, & ecclesiasticam, ac ordinariam jurisdictionem (non tamen in his, quæ sunt Ordinis) tam in foro interiori, quam exteriori haberet, & exerceret, erigeretur, & institueretur, ex hoc profecto Provincia, sive districtus Insulae de Mozambique hujusmodi felicioribus proficeret incrementis, illiusque Cleri, & Populi prædictorum salutem, ac dictæ fidei profectui, & exaltationi, divinique cultus incremento, & tot incommodis, & animarum periculis opportune consuleretur.

Causæ eam
disjungendi,
& in Vicariam
perpetuam
erigendi.

§.3. Quare idem Philippus Rex. No bis humiliter supplicari fecit, quatenus eandem Provinciam, sive districtum ab Ecclesia, & Dicecesi Goan. hujusmodi perpetuo separare, & dismembrare, ac inibi Vicariam, sive administrationem prædictam erigere, & instituire, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Philippi Por-
tugallie Re-
gis preces.

§.4. Nos igitur, qui fidei cultum, & incrementum, ac locorum quorumlibet salutarem directionem, cum animarum Christianissimorum salute, & spirituali consolatione intentis desideramus affectibus, quascumque alias dismembrationes aliarum Provin-

Eam igitur
disjungens
Paulus a qua-
cumque Ar-
chiepiscopi
Goan. jurisdic-
tione lib. rat.
cia-

ciarum, & locorum ab Ecclesia, & Dioecesi predictis hactenus apostolica auctoritate factas presentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: Ad omnipotentis Dei laudem, & gloriam, ac gloriosissimam eius Genitricis Mariae, totiusque curiae caelestis honorem, & ipsius fidei catholicae exaltationem d. Provinciam, sive districtum Insulae de Mozambique, & loca, quae a promontorio de Guardenfui, usque ad promontorium bonae spei continentur, necnon quae Mombaca, Zanzibar, Ampaza nuncupantur, & omnia alia illius orae, ac etiam quae Cabaccira, Sostla, Sena, Zete vocantur, aliaque omnia fluminis de Cuama, & reliqua in illis partibus jurisdictioni Vicariorum Archiepiscopi Goan. in locis de Mozambique, & Mombaca subsunt, cum illorum Territorio, Oppidis, Villis, locis, necnon Clero, Populo, & personis, ac Monasteriis, Ecclesiis, Collegiis, & Piiis locis, ac beneficiis ecclesiasticis secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus ab Ecclesia, & Dioecesi Goana predictis perpetuo separamus, & dismembramus ab omni Jurisdictione, subjectione, superioritate, correctione, visitatione, & potestate pro tempore existentis Archiepiscopi Goan. ejusque Vicariorum, & Officialium, ac a solutione quorumcumque jurium eidem Archiepiscopo, & dilectis filijs Capitulo dictae Ecclesiae Goan. per Clerum, Populum, & personas Provinciae, sive districtus Insulae de Mozambique hujusmodi ratione subjectionis, Jurisdictionis, superioritatis, aut visitationis, etiam Dioecesis, ita quod de cetero predictus Archiepiscopus Goan. aliquam Jurisdictionem spirituales, praeterquam in his, quae sunt Ordinis, ac demptis inferius expressis, in Oppida, terminos, Territoria, Villas, & loca, ac Clerum, Populum, personas, Monasteria, Ecclesias, & loca Pia, necnon beneficia sub separatione, & dismembratione hujusmodi comprehensa exercere, nec eadem beneficia, quae antea ad ipsius collationem, provisionem, institutionem, vel quamlibet aliam dispositionem pertinebant, conferre, seu de illis etiam providere, aut alias disponere, vel fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, & emolumenta per eum in Provincia, seu districtu Insulae de Mozambique, illiusque terminis, Territoriis, Oppidis, Villis, & locis predictis ratione visitationis, aut legis Dioecesis percipere nullatenus possit, dicta auctoritate, etiam perpetuo eximimus, & totaliter liberamus.

Eamque in Vicariam perpetuam erigit administrandam a Presbytero ab ipso Rege nominando.

§. 5. Ipsamque Provinciam, seu districtum Insulae de Mozambique, sic dismembratum, & separatim in Vicariam, seu administrationem spirituales Provinciae, seu districtus Insulae de Mozambique hujusmodi nuncupan. pro uno Presbytero seculari, vel cujusvis Ordinis Regulari, Vicario, seu Administratore in spiritualibus Provinciae, seu districtus Insulae de Mozambique nuncupan. in Theologia, seu decretis graduato, vel aliis praevio examine, seu iudicio Deputatorum Senatus Mensae Regiae conscientiae, & Ordinum Mi-

litarum, in quo quamplures viri tam faculares, quam Regulares, literarum scientia, & virtute insignes reperiuntur, habili, & idoneo ad alios docendum approbato, ac per ipsum Philippum, & pro tempore existentem Portugalliae, & Algarbiorum Regem perpetuis futuris temporibus, & hac prima vice libere, nullius ad hoc requisito consensu, etiam ad tempus sibi beneficium deputando, & constituendo.

§. 6. Qui deputationis, & constitutionis hujusmodi vigore absque alia Romani Pontificis, vel Archiepiscopi Goan. pro tempore existentium, aut cujusvis alterius approbatione, confirmatione, licentia, vel consensu curam, regimen, & administrationem Provinciae seu districtus Insulae de Mozambique, ac Cleri, & Populi tam christiani, quam gentilis, necnon Oppidorum, Terrarum, & locorum in illius Districtu limitibus, terminis, & locis predictis consistentium habere, & inibi praedicare, & praedicari facere, gentilesque praescriptos ad orthodoxae fidei cultum convertere procurare, & conversos in eadem fide instruere, & confirmare, eisque Baptismi gratiam, & Confirmationis Sacramentum, impendere, & tam illis sic conversis, quam omnibus aliis fidelibus in Provincia, seu Districtu Insulae de Mozambique, ac illius Oppidis, Terris, Villis, Locis, territoriis, limitibus, & tam predictis pro tempore degentibus, & ad ea declinantibus Sacramenta ecclesiastica, & alia spiritualia munera, non tamen ea, quae sunt Ordinis, ut praefertur, ministrare, & administrari etiam facere, & procurare, ac quaecumque beneficia ecclesiastica sub separatione, & dismembratione hujusmodi comprehensa, & quae antea ad ipsius Archiepiscopi Goan. collationem, provisionem, institutionem, seu quamvis aliam dispositionem pertinebant, conferre, & de illis disponere, ac in eis instituire, Calices, Campanas, vestimenta, Corporalia, & alia paramenta, & ornamenta consecrare, & benedicere, ecclesias, Coemeteria, & loca ecclesiastica sanguinis, & feminis effusione, seu aliis quomodolibet polluta, seu prophanata aqua per ipsam benedicta reconciliare, ipsasque Ecclesias, & loca sub Provincia, seu districtu Insulae de Mozambique hujusmodi comprehensa, & illorum personas visitare, ac in illorum statum, regimen, Statuta, consuetudines, vitam, mores, ritus, delicta, & disciplinam tam in capite, quam in membris inquirere, necnon evangelicam, & apostolicam doctrinam, factorumque Canonum, & generalium Conciliorum decretis, & institutis inhaerendo quaecumque mutatione, correctione, emendatione, punitione, revocatione, ac etiam ex integro editione indigere cognoverit, reformare, mutare, corrigere, punire, & etiam de novo condere, necnon beneficiales, matrimonialesque, & quascumque alias causas ecclesiasticas, & civiles, ac ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, motas, & inchoatas, ac interim movendas cum earum incidentibus,

Vicarii hujusmodi facultates quae sunt.

dentibus, dependentibus, emergentibus, annexis, & connexis audire, decidere, & prout juris fuerit, terminare, seu causas ipsas alii, vel aliis idoneis modo, & forma predictis cum sibi limitata potestate pariter audien., deciden., & terminan. delegare, ac denique plenam, meram, & omnimodam spirituales, & ecclesiasticam, & ordinariam Jurisdictionem tam in foro interiori, quam exteriori, non tamen in his, quae sunt Ordinis, ut praefertur, habere, & eam, ac omnia, & singula alia, quae pro tempore existens Archiepiscopus Goan., ac in illis partibus hactenus habere, gerere, exercere debuit, potuit, & consuevit, similiter, & pariformiter, nullaque prorsus differentia, exceptis tamen iis, quae ut dictum est, sunt Ordinis, prout divini cultus augmento, ac ipsorum Cleri, & Populi animarum saluti expedire cognoverit, gerere, exercere, facere, & exequi cum omnibus, & singulis aliis privilegiis, facultatibus, exemptionibus, libertatibus Jurisdictionibus, praerogativis, favoribus, gratiis, & Indultis, qui in de Ormuz, & Mozambique, ac Cosala, necnon Mallico, & aliis Provinciis, & locis erectae administrationes similiter ordinariam, ut praefertur, Jurisdictionem inibi habentes utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, auctoritate, & tenore predictis similiter perpetuo erigimus, & instituiamus.

§. 7. Decernentes praesentes literas nullo unquam tempore, & quavis causa, etiam quod predictus Archiepiscopus Goan., aut quomolibet interesse habentes ad hoc vocati non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel quopiam alio defectu notari, vel impugnari, aut in jus, vel controversiam vocari, nec contra illas restitutionem in integrum, reductionem ad terminos juris, aut quodvis aliud gratiae, vel iustitiae remedium impetrari posse, nec causam, propter quas praemissa concessa fuerint, minime verificari, nec ob id viribus carere, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, limitationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam eis in toto, vel in parte derogantibus, vel obviantibus, etiam a Nobis, & dicta Sede quomodolibet pro tempore emanatis, nullatenus comprehendendi, sed semper validas, & ab illis prorsus exceptas, & quoties illae emanabunt, aut sub eis quovis modo comprehendendi viderentur, toties in pristinum, & eum, in quo, antequam illae emanassent erant statum, restitutas, & efficacis contractus inter Nos, & dictam Sedem, ac Philippum, & pro tempore existentem Regem predictum initi, & stipulati, & omni tempore suos plenarios, & integros effectus sortiri: Sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Audito-

res, etiam S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quavis altere iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 8. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, necnon d. Ecclesiae Goan. etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, ac fundatione, erectione, & institutione, privilegiis quoque, Indultis, & literis apostolicis eidem Ecclesiae Goan., & illius Praefuli pro tempore existentis, ac predictis Capitulo, & quibusvis aliis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, & derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, ac etiam Consistorialiter, vel aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, ac statuimus, & ordinamus, quod Clerus, & Populus, aliique incolae, & habitatores tam sub praesentibus erectae Provinciae, seu districtus Insulae de Mozambique, quam de cetero eorundem praesentium vigore erigendis Vicariis, seu Administrationibus predictis comprehensis, & comprehendendis in his, quae sunt Ordinis, ut praefertur, ad predictum Archiepiscopum Goan. pro tempore existentem, habitis tamen a suis Vicariis, seu Administratoribus ad id literis dimissorialibus, recurrere teneantur.

§. 10. Quodque Provinciae, seu districtus Insulae de Mozambique, & alii praesentium vigore pro tempore deputati Vicarii, seu Administratores ratione personarum, suarum dumtaxat visitationi, correctioni, superioritati, ac Jurisdictioni predicti Archiepiscopi Goan. pro tempore existentis subsint, & a sententiis definitivis tantum, sive vim definitivarum habent., & pro quantum gravamen per appellationem a definitiva reparari nequeat, per ipsos Vicarios, seu Administratores, aut eorum Officiales pro tempore latis, appellationes ad eundem Archiepiscopum Goan. pro tempore existentem interponi, ipsarumque appellationum causa per eum cognosci, decidi, si

Derogatio contrariorum

Populi de Mozambique in iis, quae requirunt characterum Episcopalem ad Archiepiscopum Goanum recurrere teneantur.

Vicarius eisdem Archiepiscopo subest ratione suae personae.

sineque debito, prout juris fuerit, terminari possint. Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 21. Januarii 1612. Pont. Nostri Anno Septimo.

CLXXXII.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad futuram rei memoriam.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Clericis, & Laicis Regnorum Hispaniarum interdicitur, quominus libros haereticorum legant revocatis omnibus licentiis aliis concessis.

Damna ex sectione librorum prohibitorum promanantia.

§.1. Cum sicut accepimus, licentiae legendi libros haereticorum, vel de haeresi suspectos, aut aliis reprobos, & damnatos, certis ex causis, aut praetextibus impetratae, in Regnis Hispaniarum nimis excreverint, & periculum sit, ne idcirco sectionis librorum hujusmodi permissio, in partibus praesertim divina gratia a diro contagio haereticum illis plus insipientibus noccat, quam profit sapientibus;

Revocantur facultates quibusque concessae.

§.2. Nos propterea, quibus super gregem dominicum invigilandi onus incumbit, opportuno remedio, quantum cum Domino possumus, providere volentes, Praedecessorum nostrorum Romanorum Pontificum vestigiis insistendo, omnes, & singulas licentias, & facultates legendi libros haereticorum, seu de haeresi suspectorum a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris, seu Nobis, vel Generali haereticae pravitatis in Regnis Hispaniarum deputato Inquisitore, damnatos, & reprobos, quibuscumque tam Clericis secularibus, vel, ut praefertur, regularibus, quam laicis in dictis Regnis degentibus, cujuscumque illi status, gradus, ordinis, conditionis, & praerogativa existant, etiam si Abbati, Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, Primitiali, aut alia ecclesiastica dignitate, vel mundana, etiam Marchionali, Ducali auctoritate, seu excellentia praesulgeant, Generali Inquisitore praedicto dumtaxat excepto, per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac Nos etiam viva vocis oraculo, & Sede Apostolicam, sive ejus Poenitentiarum majorem, vel quovis ordinarios, seu alios etiam per literas apostolicas in simili forma Brevis, vel sub Plumbo expeditas, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & aliis decretis, ac ex quibuscumque causis, seu praetextibus etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de apostolica potestate plenitudine, & aliis quomodolibet concessas, earum omnium, & singulorum tenores, praesentibus pro expressis, & ad verbum insertis habentes, apostolica auctoritate, tenore praesentium revocamus, cassamus, irritamus, & annul-

lamus, ac viribus penitus evacuamus, & pro revocatis, cassis, irritis, & nullis haberi, casque nemini suffragari posse decernimus.

§.3. Omnibus, & singulis Clericis, & Laicis in dictis Regnis degentibus etiam, ut praefertur, qualificatis, non tamen Generali Inquisitori, in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis latae sententiae, aliisque sententiis, censuris, & poenis ecclesiasticis, & etiam temporalibus in legentes libros hujusmodi haecenus latis, & promulgatis, a quibus non nisi a Nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice, seu Generali Inquisitore praedicto, praeterquam in mortis articulo absolvi possint, districtius inhibentes, ne libros hujusmodi ex quavis causa, vel praetextu, publice, vel occulte quovis ingenio, vel colore legere, aut apud se tenere, seu imprimere, vel venales habere praesumant, ac mandantes eisdem sub sententiis, censuris, & poenis praedictis, ut infra terminum eis a Generali Inquisitore praedicto per ejus edictum publicum locis assignandum publicis statuendum, libros ipsos officio Inquisitionis haereticae pravitatis omnino consignent, & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu personas ipsos libros legentes, aut apud se tenentes, vel imprimentes, ac venales habentes sciverint, id quod sciverint, ac nomina, & cognomina libros ipsos legentium, aut apud se tenentium, vel imprimentium, aut venales habentium, & qualitatem eorumdem librorum, praedicto officio omnino revelent, & notificent.

Prohibitio hujusmodi libros legendi, & retinendi additis nonnullis legibus.

Generali Inquisitori commissis legibus hujusmodi exequutio.

§.4. Quocirca dilecto filio nostro Bernardo tituli Sanctae Anastasiae Presbytero Cardinali Toletan. nuncupat. in dictis Regnis haereticae pravitatis generali Inquisitori, de cujus fide, pietate, ac catholicae religionis zelo, nec non vigilantia, & industria plurimam in Domino fiduciam habemus, per praesentes etiam committimus, & mandamus, quatenus per se, vel alium, seu alios ad executionem praesentium procedens non permittat aliquem etiam, ut praemittitur, qualificatum, & dicta dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia fulgentem, libros hujusmodi ex quavis causa, vel praetextu publice, vel occulte quovis quaesito colore apud se tenere, aut legere, vel imprimere, seu venales habere, quinimo cogat quoscumque ad libros ipsos suo Inquisitionis officio consignandum, & qui de eisdem libris notitiam aliquam habuerint, seu aliquos in praemissis culpabiles noverint, ad eos officio praedicto juxta praesentium tenorem revelandum, & notificandum: Contradiatores quoslibet, & rebelles, ac sibi in praemissis non parentes, etiam si, ut praefertur, qualificati, & hujusmodi dignitate, seu honore, vel auctoritate, aut excellentia praediti sint, per sententias, censuras, & poenas praedictas, vel alia opportuna juris remedia juxta facultates sibi in officio hujusmodi concessas, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis pro-

Obstantia tollitur.

Praesentium faciendae publicatio.

Das. die 26. Januarii. 1612. An.VII.

Ex Regest. in Secret. Breu.

Exordium.

Sarfenatenfis Episcopi a se recensta esse feuda imperialia.

cessibus, sententiis, censuras, & poenas praedictas etiam iteratis vicibus aggravandi invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisim ab eadem sit Sedes indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§.6. Ut autem praesentes literae ad omnium, quorum interest, notitiam deducantur, omnibus, & singulis Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ac aliis Ordinariis, & Dioecesanis Regnorum Hispaniarum in virtute sanctae obedientiae injungimus, & mandamus, ut in eorum Dioecibus, Civitatibus, & Provinciis, absque alia requisitione eis desuper faciendae, praesentes literas, seu earum transumptum manu Notarii publici subscriptum, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constituta, aut Curiae Ecclesiasticae munitum publicent, & publicari faciant, ad hoc, ut nemo eorum ignorantiam pretendere, aut contra eas exculpationem aliquam adferre valeant. Nos enim transumpto sic, ut praefertur subscripto, & sigillo munito, cum proflus fidem adhiberi volumus, quae eisdem originalibus literis adhiberetur, si originaliter exhiberentur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die vigesima sexta Januarii 1612. Pontificatus nostri Anno VII.

CLXXXIII.

Declaratur Castra Ceulae, Mutellae, Cerfolli, Fenoculi, & Putei ad supremum Sedis, & Camerae Apostolicae dominium pertinere.

PAULUS PAPA QUINTUS

Ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum Pontificem spectat, cum de juribus Sanctae Romanae Ecclesiae controversas, aut habitari contingit, controversas omnes, & dubias quaeque recta iudicii prolatione dirimere, & declarare, ac alia pro ipsorum jurium conservatione decernere, & ordinare, quae iustitia suadente, in Domino conspicit expedire.

§.1. Sane licet Castra Ceulae, Mutellae, Cerfolli, Fenoculi, & Putei Sarfenaten. Dioec. per tempore existentes Episcopos Sarfenaten. uti Bobii Comites cum illorum jurisdictione, & dominio temporali possessa fuerint, & illa intra fines status nostri Ecclesiastici in Provincia nostra Romandiole consistentia ejusdem Ecclesiae Romanae, & Sedis Apostolicae, & non alterius cujusvis superioritatis, supremoque, & alto dominio subiecta sint; nihilominus cum Ven. Frater Ni-

colaus modernus Episcopus Sarfenaten. praetenderet, dicta Castra feuda imperialia, & omnino libera, & exempta fuisse, & esse, idque quibusdam assertis privilegiis, literis, sententiis, aliisque scripturis probare niteretur;

§.2. Vicissim vero dilectus filius Camerae nostrae Apostolicae Commissarius Generalis opponeret, praetensionem omnem dicti Episcopi Sarfenaten. in assertis scripturis informibus, & nullam fidem facientibus praetensorum privilegiorum Conradi, & Friderici Imperatorum fundatam esse, & in assertis sententiis Procuratorem Fiscalem, seu Commissarium Camerae praedictae tunc existentes non fuisse citatos, & nihilominus etiam si privilegia praedicta vera, & in forma probanti essent, praedicti tamen Nicolai Episcopi praetensionem nullam, & invalidam esse, stante quod idem Nicolaus Episcopus dicta loca, & Castra se uti Comitem Bobii jamdiu diruti retinere fateatur, & clarum sit Bobium cum Comitatu, aliisque suis juribus, Territoriis, & pertinentiis antea per Romanos Imperatores, & alias pias personas, & inter alios Pipinum, & successive Ludovicum Primum Francorum Reges, ac Othonem, & Henricum Romanorum Imperatores Sanctae Romanae Ecclesiae, & Sedi Apostolicae confirmatum, ac denuo concessum, & donatum fuisse;

§.3. Nos pro habenda super his veritate, ac ut de juribus tam Sedis, & Camerae Apostolicae, quam Ecclesiae Sarfenaten., & illius pro tempore existentis Episcopi plenius cognosceretur, & discuteretur, dilectis filiis nostris Michaeli Angelo Sancti Bartholomaei in Insula Nazareno, & Jacobi Sancti Georgii in Velabro titulorum Presbyteris Cardinalibus Serra nuncupatis, ac dilecto etiam filio Magistro Julio Montereptio Prothonotario Apostolico Almae Urbis nostrae Gubernatori, & Vice-Camerario viva vocis oraculo commisimus, & dedimus in mandatis, ut dictum Nicolaum Episcopum pro Ecclesia Sarfenaten. & praedictum Commissarium pro Sede, & Camera nostra praedictis audirent, scripturasque, & jura hinc inde deducta, & coram eis deducenda diligenter viderent, examinarent, atque expenderent, Nobisque referrent.

§.4. Cum autem, sicut Michael Angelus, & Jacobus Cardinales, & Julius praedicti Nobis retulerunt, illi se se pluries ad effectum praedictum congregaverint, ac eundem Nicolaum Episcopum pro Ecclesia Sarfenaten. dictumque Commissarium pro Sede, & Camera praedictis audierint, scripturas, & omnia tam pro parte dictae Ecclesiae Sarfenaten., quam pro parte Sedis, & Camerae Apostolicae deducta quaecumque examinaerint, habita inter eos diligenti discussione, perpexerint, dictas assertas scripturas, quae pro parte Episcopi afferuntur esse Conradi, & Friderici Imperatorum, non esse in forma probanti, ac fide, & legalitate carere, neque esse tales, quae Sedi, & Camerae Apostolicae in aliquo praedictis possint, assertasque sententias, alia-

Rationes pro Cam. Apost. deductae.

Juribus partium a Delegatis Pontificis cognitis.

Paulus declarat eadem Castra ad supremum Sedis Apostolicae & Camerae dominium pertinere.

que gesta, & inde sequuta quaecumque in-
valida, nulliusque roboris, & momenti ef-
se, dictaque Castra Ceula, Mutella, Cer-
folii, Fenoculi, & Putei de Statu nostro
Ecclesiastico, ac Jurisdictione Sanctae Ro-
manae Ecclesiae, Sedisque, & Camerae Apo-
stolicae fuisse, & esse, & pro dictis Castris,
& illorum occasione modernum, & pro
tempore existentes Episcopos Sarinaten., &
eorundem Castrorum homines, & habita-
tores ad eandem Romanam Ecclesiam, Sedemque,
& Cameraam Apostolicam superioritatem,
supremumque, & altum domi-
nium in illis habentem etiam in tempo-
ralibus in omnibus recognoscendum tene-
cum regalibus, & prerogativis superiorita-
tatemque, supremum, & altum dominium
habenti competentibus, ita ut modernus,
& pro tempore existentes Episcopi Sarina-
tenses praedicti pro eisdem Castris, & illo-
rum hominibus, & habitatoribus, illorum-
que Jurisdictione temporali, meroque, &
mixto Imperio, quam, & quod in dictis Ca-
stris, & super illorum homines, & habita-
tores obtinent, & exercent, ac etiam ipsi,
homines Nos, nostrosque Successores Ro-
manos Pontifices, Sedemque, & Came-
ram Apostolicam, & illorum Ministros,
& Officiales in superiores, & non alium,
seu alios quosvis modo, & forma, prout
faciunt, & recognoscunt alii possidentes
Castra, & loca jurisdictionalia in Statu no-
stro Ecclesiastico, recognoscere teneantur,
Idcirco Nos ex relatione hujusmodi, & alias
de pretenfionum dicti Nicolai Episcopi nul-
litate, & contra Sedis, & Camerae praedi-
ctarum bono jure plene informati, om-
nem circa praemissa de caetero dubitandi,
& controversendi materiam de medio tollere
volentes, & assertorum privilegiorum, li-
terarum, sententiarum, aliarumque scri-
pturarum praedictarum tenores praesentibus
pro sufficienter expressis habentes, ipsasque
sententias, quatenus opus sit, revocantes,
& annullantes, motu proprio, & ex certa
scientia nostra, ac de apostolica potestate
plenitudine, praedicta Castra Ceula, Mu-
tella, Cerfolii, Fenoculi, & Putei de Statu
nostro Ecclesiastico, & Jurisdictione Sanctae
Romanae Ecclesiae, Sedisque, & Camerae
Apostolicae fuisse, & esse, ac pro dictis Ca-
stris, & illorum occasione modernum, &
pro tempore existentes Episcopos Sarina-
ten., & eorumdem Castrorum homines, &
habitatores ad eandem Romanam Eccle-
siam, Sedemque, & Cameraam Apostoli-
cam superioritatem, supremumque, & altum
dominium in illis habentem, etiam in tempo-
ralibus recognoscendum, se sequere in om-
nibus illi subiciendum teneri, & ad eam
uti talem in omnibus, & per omnia recur-
rendum fore, & esse cum regalibus, &
prerogativis superioritatem, supremum-
que, & altum dominium habenti compe-
tentibus, ita ut modernus, & pro tempo-
re existentes Episcopi Sarinaten. praedicti
pro eisdem Castris, & illorum hominibus,
& habitatoribus, illorumque Jurisdictione
temporali, meroque, & mixto Imperio,

quod in dictis Castris, & super illorum ho-
mines, & habitatores obtinent, & exer-
cent, ac etiam ipsi homines, & habitato-
res Nos, nostrosque Successores Romanos
Pontifices, Sedemque, & Cameraam Apo-
stolicam, & illorum Ministros, & Officia-
les in superiores, & non alium, seu alios
quosvis modo, & forma, prout faciunt,
& recognoscunt alii possidentes Castra, & lo-
ca jurisdictionalia in Statu nostro Ecclesia-
stico recognoscere teneantur, harum serie
perpetuo declaramus, & dicto Nicolao, ac
pro tempore existenti Episcopo Sarinaten.
perpetuum super praemissis silentium impo-
nimus.

§.5. Decernentes praesentibus nostris li-
teris, & in eis contentis Ecclesiam Sarina-
ten. dictumque, seu alios pro tempore exi-
stentes ejusdem Ecclesiae Episcopos, & Prae-
sules stare, & acquiescere debere: eandem
vero praesentes, seu alios contenta quacum-
que de subreptionis, obreptionis, aut nul-
litate vitio, seu intentionis nostrae defectu,
aut alio quovis praetextu, jure, vel causa,
etiam in corpore juris clausa, aut alias quo-
modolibet notari, impugnari, rescindi,
revocari, retractari, aut in jus, vel con-
troversiam adduci nullatenus posse, sed li-
teras praedictas absque aliorum jurium, &
instrumentorum exhibitione, aut aliorum
praemissorum verificatione ad omnia, &
singula sufficienter in iudicio, & extra plene
probandum, omnino sufficere, nec alterius
probationis adminiculum ad id requiri, ead-
emque praesentes, etiam in Camera Apo-
stolica, & in suis libris admitti, & regi-
strata non sint, nihilominus semper, &
perpetuo validas fore, & esse, & perpetua
roboris firmitate subsistere, ac ab omnibus,
& singulis, ad quos spectat, & in futurum
spectabit, firmiter, & inviolabiliter obser-
vari debere: Sicque, & non aliter in praemi-
ssis omnibus, & singulis in quacumque
instantia, & per quoscumque Judices ordi-
narios, & delegatos etiam Curiae causarum
Camerae Apostolicae, & Palatii nostri Audi-
tores, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Came-
rarium, & Cardinales, etiam de latere Leg-
atos, Vice-Legatos, & Nuncios, judi-
cari, & definiti debere, sublata eis, & eo-
rum cuilibet, quavis aliter judicandi, &
interpretandi facultate, & auctoritate, ir-
ritumque, & inane, quidquid fecerit a quo-
quam, quavis auctoritate, scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac qui-
buscumque sententiis etiam in iudicatum
transactis, nec non fel. rec. Pii Papae IV.
Praedecessoris nostri de gratis interesse Ca-
merae concernen. in eadem Camera infra
certum tempus registran., & aliis quibus-
vis Constitutionibus, & Ordinationibus
Apostolicis, statutis, decretis, legibus, usi-
bus, syllis, & consuetudinibus etiam im-
memorabilibus, ac quatenus opus sit no-
stra de jure quaesito non tollendo, aliisque
nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis,
Quibus omnibus, & singulis, illorum om-
nium tenores praesentibus pro plene, &
suffi-

Claufula

Derogatur
contrariis.

sufficienter expressis, ac de verbo ad ver-
bum insertis habentes, illis aliis in suo ro-
bore permanfuris, hac vice dumtaxat harum
serie latissime derogamus, ceterisque con-
trariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem, ac apostolica au-
thoritate decernimus, quod praesentes lite-
rae, seu illarum exempla ad valvas Basilicae
Principis Apostolorum de Urbe affixa, ita
omnes ardeant, & afficiant, acsi unicuique
personaliter intimatae fuissent.

Datum Romae apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 28. Januarii 1612.
Pontificatus nostri Anno VII.

CLXXXIV.

Facultas Nuncio ad Praepositum, Decanum,
& Capitulum Ecclesiae Salisburgen., ad-
mittendi cessionem regiminis dictae Ec-
clesiae cum certis conditionibus.

*Dilecto filio Antonio Diaz in aetate Signa-
tura nostra Referendario ad dilectos filios
Praepositum, Decanum, & Capi-
tulum Ecclesiae Salisburgen.
Nuncio nostro.*

PAULUS PAPA QUINTUS

*Dilecte fili, salutem, & Apostolicam
benedictionem.*

§.1. CUM nuper Ecclesiae Salisburgen.
necessitatibus Pastoralis charitate
subvenire satagentes, & de tua fide, pruden-
tia, & rerum experientia, ac erga Nos,
& Apostolicam Sedem devotione plurimam
in Domino fiduciam habentes, Te ad di-
lectos etiam filios Praepositum, Decanum,
Capitulum, & Canonicos Ecclesiae Salisbur-
gen, nec non ad Principes, & alios quoscum-
que Catholicos, quacumque dignitate ful-
gentes, quos te ejusdem Ecclesiae Salisburgen.
negociorum occasione adire contigerit, Nun-
cium nostrum miserimus, utque munus
tibi commissum, ad omnipotentis Dei glo-
riam, praedictaeque Ecclesiae Salisburgen. solati-
um, exequi valeres, certas tibi facultates
concesserimus, ac inter alia, tibi etiam
in mandatis dederimus, ut Ven. Fratrem
Wolfgangum Archiepiscopum Salisburgen. in
tuam potestatem reciperes, nostrosque, &
Sedis Apostolicae nomine detineres.

§.2. Dictae autem Ecclesiae Salisburgen.
praesens status requirat, ut omni studio in-
vigilemus, quo illa quamprimum e praesentibus
tribulationibus, & periculis edu-
catur; Idcirco rationabilibus causis animum
nostrum moventibus matura deliberatione
desuper habita ultra facultates tibi, ut praesertur
concessas, ut postquam dictum Wol-
fgangum Archiepiscopum in tuam potesta-
tem haberis, cessionem regiminis, & ad-
ministrationis ejusdem Ecclesiae per praedi-
ctum Wolfgangum Archiepiscopum in tuis
manibus faciendam, apostolica auctoritate
nostra admittere valeas, tenore praesen-
tium, auctoritate apostolica facultatem con-
cedimus, & impertimur cum infrascriptis
videlicet conditionibus: nempe, quod facta
per dictum Wolfgangum Archiepiscopum
actuali cessione regiminis, & administra-
tionis Ecclesiae Salisburgen., ex fructibus,
redditis, & proventibus Mense Archie-
piscopalis Salisburgen. pro definita, & fixa
pensione duobus quotannis terminis, &
semper anticipate exolvantur eidem Wol-
fango Archiepiscopo ad vitam viginti mil-
lia, & sic quovis termino decem millia flo-
renorum, quolibet floreno ad sexaginta
cruciferos Salisburgen. moneta, atque va-
loris computato: & haec quidem pensio sta-
tim facta cessione praedicta initium capere,
conferimusque pro prima vice adnumerari,
& sic deinceps, quamdiu dictum Wolfgangum
Archiepiscopum in vivis superesse contige-
rit citra ullam moram, dilationem, aut deten-
tionem continuo praestari debeat: Praepositus
vero, Decanus, & Capitulum praedicti tam
suo, quam futuri Archiepiscopi Salisburgen.
nomine, imo postmodum idem ipse futurus
Archiepiscopus dicto Wolfgango Archiepi-
scopo non tantum sufficientes obligationes,
constitutae hujusmodi pensionis gratia con-
fectas tradent, quibus eidem Wolfgango Ar-
chiepiscopo tam in redditibus Salinariis
dictae Mensae, quam aliis quibuscumque, de
certa, & indubitata ejus solutione abunde
satis cautum sit: verum etiam dilectum
filium nobilem Virum Maximilianum Ba-
variae Ducem requirent, ut se, ejusque here-
des, & successores Bavariae Duces in regi-
mine constitutos, obligatos constituat, si
forte per futurum Archiepiscopum stet,
quominus praedicta pensio assignatis terminis
ex redditibus praedictae Mensae Archiepi-
scopalis solvatur, quod tunc dictus Maxi-
milianus Dux, ea eadem pensionem ipsemet
ex iis pecuniis, quas pro evescto sale Ha-
lensi dictae Mensae Archiepiscopali pendere
tenetur, citra defectum praestare, & postmo-
dum praedicto futuro Archiepiscopo, ejus-
que Successoribus in calculo subtrahere pos-
sit, velit, & debeat: salvo tamen nihilo-
minus, & integre semper permanente dicto
Wolfgango Archiepiscopo suo jure dictam
pensionem persequendi in omnibus sibi op-
pignoris, & hypothecatis dictae Mensae
bonis, si eadem pensio statuto tempore
quot annis persoluta non fuerit. Insuper
Praepositus, Decanus, & Capitulum praedi-
cti promittant, seque obstringant, quod
dicto Wolfgango Archiepiscopo simul cum
solutione primi termini dictae pensionis,
decem millia in parata pecunia, & ratione
argenteae suppellectilis quinque millia flo-
renorum dictae monetae annuere, & nihilo-
minus eundem Wolfgangum Archiepiscopo
omnis generis, alia suppellectili, ar-
gentea excepta, pro futuro ejus statu suffi-
cienter instruere velint. Praeterea iidem
Praepositus, Decanus, & Capitulum spon-
deant, atque promittant, quod cessione
praedicta peracta dicto Wolfgango Archiepi-
scopo speciales quasdam literas obligatorias
pro certa pecunia summa ad octoginta qua-
tuor

Praesentium
facienda pu-
blicatio.

Dat. die 28.
Januarii 1612.
An. VII.

Ex Regest. in
Secret. Brev.

Recentes de-
prestationem
eius & se fuisse,
facultatem
ei concessam
Archiepiscopi
papa designan-
di.

Facultatem
quoque ei tri-
buit cessionem
ejusdem Sa-
lisburgen. Ec-
clesiae admi-
tendi et con-
ditionibus,
quae recenten-
tur.

tuor millia, & noningentos florenos ascen-
dente, & tam apud illos de Stainhausens,
quam alias singulares, & privatas personas
ad censum collocata assignare, & realiter
tradere velint: quam summam dictus Wol-
fangus Archiepiscopus citra ullum futuri
Archiepiscopi, & dictorum Præpositi, De-
cani, & Capituli impedimentum inter suos
partiri, & quemadmodum voluerit, de
eis libere disponere queat: sicut etiam ejus-
dem Wolfgangi Archiepiscopi familiaribus
omnis ista vestium, linteorumque copia,
quæ in avectis arcis, & vasis reperta est, nec
minus etiam aliqua portio alterius supel-
lectilis e lecticis, argenteis vasis, catenis
aureis, monilibus, aliisque rebus pretiosis pro
arbitrio dictorum Præpositi, Decani, &
Capituli tradatur. Ad hæc debitorum tam
literis sigilloque confirmatorum, quam
aliorum, quæ hoc tempore dictæ mensæ
Archiepiscopi exolvenda deprehenduntur,
citra dispendium, & molestiam dicto
Wolfgangi Archiepiscopo fiat solutio: de-
nique quindecim millia florenorum, quæ
Baro Georgius Sigismundus de Lambergh
pro annuo censu penes se habet a dictis Præ-
posito, Decano, & Capitulo prædicto Wol-
fango Archiepiscopo concedantur, & obli-
gatio desuper confecta ei similiter tradatur.

Ad eaque
omnia neces-
saria Nuncia
conceduntur
facultates.

§.3. Nos enim tibi, ut cessione hujusmo-
di cum dictis conditionibus per te admiffa
ex causa prædictæ cessionis pensionem an-
nuam viginti millium florenorum dictæ
monete, ut dictum est, persolvendam,
& obligationibus, & cautelis muniens,
super dictæ mensæ Archiepiscopi fructi-
bus, redditibus, proventibus, acjuribus,
obventionibus, & emolumentis univ-
ersis dicto Wolfgangi Archiepiscopo solvere, &
conferre, seque ad præmissa omnia tam
suo, quam futuri Archiepiscopi nomine obli-
gare libere, & licite possit, dicta auctori-
tate apostolica concedere etiam valeas, ead-
em apostolica auctoritate tenore præsen-
tium licentiam, & facultatem tribuimus.

Contraria
tollitur.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus Apostolicis, nec non di-
ctæ Ecclesiæ statutis, & consuetudinibus,
etiam juramento, confirmatione apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis,
privilegiis quoque, indultis, & literis apostoli-
cis eidem Ecclesiæ, illiusque Capitulo, &
Canonicis, ac quibusvis aliis personis in
contrarium præmissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, eorum tenores
præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, & ad verbum insertis habentes, illis
aliis in suo robore permansuris, hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 16.
Februar. 1612.
An. VII.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 16. Februar. 1612.
Pontificatus nostri Anno Septimo.

Conditiones apponendæ in admissione ces-
sionis Ecclesiæ Salisburgen.

Ex regest. in
Secret. Brev.

Dilecto filio Magistro Antonio Diaz in ultra-
que Signatura nostra Referendario ad
dilectos etiam filios Præpositum,
Decanum, & Capitulum
Ecclesiæ Salisburgen.
Nuntio nostro.

PAULUS PAPA QUINTUS

Dilecti filii, salutem, & Apostolicam
benedictionem.

§.1. Hodie per alias nostras in simili
forma Brevis expeditas literas tibi
facultatem concessimus, ut postquam Ve-
nerabilis Frater Wolfgangus Archiepiscopus
Salisburgen. in tuam potestatem venisset,
cessione regiminis, & administrationis
Ecclesiæ Salisburgen. per dictum Wol-
fgangum Archiepiscopum in tuis manibus
faciendam cum nonnullis conditionibus,
decretis, clausulis, gratiis, concessionibus,
& pensione, que in aliis similiter literis ex-
primi volumus, apostolica auctoritate nos-
tra admittere valeres, facultatem concessimus,
prout in dictis literis plenius continetur.

Recenset fa-
cultates Nuncio
præcedentibus
literis
concessas.

§.2. Rationabilibus autem causis adducti,
& matura deliberatione habita conditiones,
clausulas, decreta, gratias, concessionibus,
& pensionem infra scriptas in dicta admissione
cessionis concedendas, & respective refer-
endam duximus: videlicet, quod facta per
d. Wolfgangum Archiepiscopum actuali ces-
sione regiminis, & administrationis Ec-
clesiæ Salisburgen. ex fructibus, redditibus,
& proventibus Mensæ Archiepiscopi Salis-
burgen. pro definita, & fixa pensione duobus
quot annis terminis, semper anticipata
exolvantur eidem Wolfgangi Archiepiscopo
ad vitam viginti millia, & sic quovis
termino decem millia florenorum, quolibet
floreno ad sexaginta cruciferos Salisburgen.
monete, atque valoris computato: & hæc
quidem Pensio statim facta cessione prædi-
cta initium capere, confestimque pro prima
vice adnumerari, & sic deinceps, quamdiu
d. Wolfgangum Archiepiscopum in vivis su-
peresse contigerit, citra ullam moram, dila-
tationem, aut detentionem continuo præstari
debeat. Præpositus vero, Decanus, & Capi-
tulum prædicti tam suo, quam futuri Ar-
chiepiscopi Salisburgen. nomine, imo post-
modum idem ipse futurus Archiepiscopus
dicto Wolfgangi Archiepiscopo non tantum
sufficientes obligationes constituta hujus-
modi Pensionis gratia confectas tradent.
Quibus eidem Wolfgangi Archiepiscopo
tam in redditibus Salinariis dictæ Mensæ,
quam aliis quibuscumque de certa, & indubi-
tata ejus solutione abunde cautum sit, verum
etiam dilectum filium nobilem virum Ma-
ximilianum Bavaricæ Ducem requirent,
ut se, ejusque hæredes, & successores Ba-
varicæ

Conditiones
in cessione
hujusmodi ap-
ponendas præ-
scribit.

variæ Duces in regimine constitutos obliga-
tos constituat, si forte per futurum Archiepiscopum
stet, quominus prædicta Pensio, assignatis
terminis ex redditibus prædictæ
Mensæ Archiepiscopi exsolvatur, quod
tunc dictus Maximilianus Dux eandem
pensionem ipsemet ex iis pecuniis, quas pro
evecto Sale Halensi dictæ mensæ Archiepiscopi
pendere tenetur, citra defectum
præstare, & postmodum prædicto futuro
Archiepiscopo, ejusque Successoribus in
calculo subtrahere possit, velit, & debeat,
salvo tamen nihilominus, & integro semper
remanente dicto Wolfgangi Archiepiscopo
suo jure dictam Pensionem persequendi in
omnibus sibi oppignoratis, & hypothecatis
dictæ mensæ bonis, si eadem Pensio statuto
tempore quotannis persoluta non fuerit.
Insuper Præpositus, Decanus, & Capitulum
prædicti promittant, seque obstringant, quod
dicto Wolfgangi Archiepiscopo simul cum
solutione primi termini dictæ Pensionis
decem millia in parata pecunia, & ratione
argenteæ supellectilis quinque millia
florenorum dictæ monete annuere, & nihilominus
eundem Wolfgangum Archiepiscopum omnis
generis alia supellectili, argentea excepta, pro
futuro ejus statu instruere velint. Præterea
iidem Præpositus, Decanus, & Capitulum
spondeant, atque promittant, quod cessione
prædicta peracta dicto Wolfgangi Archiepiscopo
speciales quasdam obligatorias pro certa
pecunie summa ad octoginta quatuor millia,
& noningentos florenos ascendente, & tam
apud illos de Stainhausens, quam alias
singulares, & privatas personas ad censum
collocata assignare, & realiter tradere
velint, quam summam dictus Wolfgangus
Archiepiscopus citra ullum futuri Archiepiscopi,
& dictorum Præpositi, Decani, & Capituli
impedimentum inter suos partiri, & quemad-
modum voluerit, de eis libere disponere
queat, sicut etiam ejusdem Wolfgangi
Archiepiscopi familiaribus omnis ista vestium,
lin-teorumque copia, quæ in avectis, arcis,
& vasis reperta est, nec minus etiam aliqua
portio alterius supellectilis e lecticis, argenteis
vasis, catenis aureis, monilibus, aliisque
rebus pretiosis pro arbitrio dictorum Præpositi,
Decani, & Capituli tradatur. Ad hæc
debitorum tam literis sigilloque confirmatorum,
quam aliorum, quæ hoc tempore dictæ
mensæ Archiepiscopi exolvenda deprehenduntur,
citra dispendium, & molestiam dicto
Wolfgangi Archiepiscopo fiat solutio.
Denique quindecim millia florenorum, quæ
Baro Georgius Sigismundus de Lambergh
pro annuo censu penes se habet a dictis
Præposito, Decano, & Capitulo, prædicto
Wolfgangi Archiepiscopo concedantur, & obli-
gatio desuper confecta ei similiter tradatur.
Nos enim tibi, ut cessione hujusmodi tam
dictis conditionibus per Te admiffa ex causa
prædictæ cessionis pensionem annuam
viginti millium florenorum dictæ monete,
ut dictum est, persolvendam, & obligationibus,
& cautelis muniendam super dictæ mensæ

Archiepiscopi fructibus, redditibus, pro-
ventibus, Juribus, obventionibus, &
emolumentis univ-ersis dicto Wolfgangi
Archiepiscopo solvere, & conferre, se-
que ad præmissa omnia tam suo, quam futuri
Archiepiscopi nomine obligare libere, &
licite possint, dicta auctoritate concedere
etiam valeas, eadem apostolica auctoritate
tenore præsentium licentiam, & facultatem
tribuimus.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus apostolicis, nec non dictæ
Ecclesiæ statutis, & consuetudinibus,
etiam juramento, confirmatione apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis,
privilegiis quoque, indultis, & literis apo-
stolicis eidem Ecclesiæ, illiusque Capitulo,
& Canonicis, & quibusvis aliis personis
in contrarium præmissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis eorum tenores
præsentibus pro plene, & sufficienter ex-
pressis, & ad verbum insertis habentes, il-
lis aliis in suo robore permansuris, hac
vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-
mus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum
sub Annulo Piscatoris die 16. Februar. 1612.
Pontificatus nostri Anno Septimo.

Contraria
tollit.

Dat. die 16.
Februar. 1612.
An. VII.

CLXXXVI.

Facultas Nuncio Salisburgen. admittendi
cessionem Regiminis dictæ Ecclesiæ cum
conditionibus sibi benevisis.

Ex regest. in
Secret. Brev.

Dilecto Filio Magistro Antonio Diaz in ultra-
que Signatura nostra Referendario ad di-
lectos filios Præpositum, Decanum, & Ca-
pitulum Ecclesiæ Salisburgen. Nuncio
nostro.

PAULUS PAPA QUINTUS

Dilecti filii salutem, & Apostolicam
benedictionem.

§.1. Quoniam res Ecclesiasticæ Salis-
burgen. eo statu sunt, ut celerem
opem requirant: Idcirco de tua fide, pruden-
tia, & rerum experientia plurimum in Do-
mino confisi, ultra alias facultates tibi per
Nos concessas, tibi, ut postquam Ven. Fra-
trem Wolfgangum Archiepiscopum Salis-
burgen. juxta mandatum nostrum tibi da-
tum, in potestatem tuam receperis, ces-
sionem regiminis, & Administrationis dictæ
Ecclesiæ per prædictum Wolfgangum Ar-
chiepiscopum in tuis manibus faciendam, cum
conditionibus, Decretis, & clausulis, &
gratiis tibi benevisis, & quæ, ut concedan-
tur, in Domino expedire judicaveris, apo-
stolica auctoritate nostra admittere libere,
& licite valeas, licentiam, & facultatem
eadem apostolica auctoritate tenore præsen-
tium concedimus, & impertimur.

Nuncio Ap-
concessa fa-
cultas admit-
tendi ces-
sionem Ecclesiæ
Salisburgenis
cum condi-
tionibus sibi
benevisis.

§.2. Non obstantibus Constitutionibus,
& Ordinationibus apostolicis, nec non dictæ
Ecclesiæ statutis, etiam juramento, confir-
matio-

Quibuscum-
que non ob-
stantibus.